

multos annos Longobardi habitauerunt, consolare videntur: vt morganatica, marchio, marchia, & alia eiusmodi fere innumera...

QVÆSTIO II. SVMMARIA. Ex Claro.

1 Ius feudum an hodie dicatur ius scriptum, vel consuetudo.

ADDITIONES.

1 Quod ius feudum fuit compilatum ex consuetudinibus. Non dubium est vllum, quin priuati homines fuerint qui consuetudinem feudorum, sine vlla legis concedendæ auctoritate, & potestate conscripserint.

QVÆSTIO II.



V AERO, certum est, quod ius feudorum, fuit compilatum, ex consuetudinibus, quæ deinde fuerunt in scriptis retracta, nunquid

pit. 3. H. disput. feud. capit. primo, & 2. Dom. Obrecht. disput. feud. 1. cap. 2. the. 4. 2. & seqq. Dn. Collega Bocerus class. 5. disp. 12. thesaur. 3. edit. 2. Fachneus libro 7. controuer. iur. capit. 1. vers. postremam sententiam, &c. Petrus Heigius part. prima, quaest. 1. num. 3. 1. Ioan. Rudingerus variar. lect. iur. feud. lib. 1. c. 1. nu. 14. cum seqq. Paulus Berens disput. feud. 1. the. 4. alijque complures ab ijs memorati. Harprea.

Ex Addit onibus.

- 1 A quibus in feudorum sit conscriptus.
2 Auctor iuris feudalis incertus est.
3 An consuetudines feudales, hodie ad ius scriptum referenda.

Montanus libro primo, feud. capit. tertio. Hartmann. Pistor. libro secundo, quaestione 34. numero 17. Dom. Bocer. class. 5. disput. 12. thes. 5. cum seq. & Rudinger. variar. lect. iur. feud. lib. 1. cap. 3. Harprea.

Montanus libro primo, feud. capit. tertio. Hartmann. Pistor. libro secundo, quaestione 34. numero 17. Dom. Bocer. class. 5. disput. 12. thes. 5. cum seq. & Rudinger. variar. lect. iur. feud. lib. 1. cap. 3. Harprea.

Montanus libro primo, feud. capit. tertio. Hartmann. Pistor. libro secundo, quaestione 34. numero 17. Dom. Bocer. class. 5. disput. 12. thes. 5. cum seq. & Rudinger. variar. lect. iur. feud. lib. 1. cap. 3. Harprea.

QVÆSTIO III. SVMMARIA. Ex Claro.

1 Ius feudorum an allegari possit ad decisionem causarum.

Ex Additionibus.

- 1 Liber feudorum an sit authenticus.
2 Quod Principi placet, legis habet vigorem.
3 Temporis immemorialis vsus habet vim privilegij, & legis.
4 Tacens quatenus pro consentiente habeatur.
5 Eius, quod publice sit, nemo ignorantiam causari potest.
6 Imperatorum est leges generales condere.



ADDI.

ADDITIONES.

1 Liber feudorum sit authenticus. Libros feudorum esse authenticos, & in foro Romano obseruandos, sequentibus docetur argumentis. Et sane quoad constitutiones

QVÆST. III.



Vero, an liber feudorum sit authenticus, & an possit allegari ad decisionem causarum?

Resp. Hostiens. in summa de immunit. Eccl. §. in quantum. vers. Si vero tenet, quod non. Contraria tamen opinio, scilicet quod imò possit allegari ad decisionem causarum, est magis communis, vt attestatur Curt. iun. de feud. in 1. parte princ. quaest. 1. Zasius de feud. in praesentia vers. Antequa. Maranta in suo Speculo, in 3. par. nu. 84. et dicit Ias. in praesentia. feud. num. 1. & seq. quod hæc est communis sententia Scribentium vbiq. Dicit tamen Tac. de Belus. in c. 1. §. fin. col. fin. de his qui feud. dare possunt. quod communis opinio ita tenet: & quod ita tenet omnes Doct. tam vltra montes, quam citra montes. Et dicit Albert. de Rosat. in Repetor. iuris canon. in verbo Feudum, colum. 4. quod ita communiter Doct. tenent, & quod ita seruatur in practica. Et dicit Aluarot. in prelude. feud. col. 3. vers. Qæro tertio quod ita se habet communis opinio in omnibus studijs, tam vltra montes, quam citra montes, & omnes Doct. ita sentiunt, & tenent, & nos tenere debemus. Dicit etiam Præpos. in prelude. feud. nu. 9. in §. quod ita se habet communis opinio in omnibus studijs, tam vltra montes, quam citra montes, et omnes Doct. ita sentiunt, & dicit

Illas Conradi, Lotharj, Friderici, & aliorum Imp. eas vim & auctoritatē iuris habere, in confesso est: siquidem quod Principi placuit, legis habet vigorem. 1. ff. de constitutionib. princ. §. sed & quod Principi. 6. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. Sed & de consuetudinibus ceteri, quæ in libris feudorum referuntur, idē omnino iudicandum est. Nam primo inter omnes constat, quod libri feudorum longissimo, adeoque immemoriali tēpore fuerint pro authenticis obseruati, & consensu totius orbis Christiani, tum in iudicijs, tum extra iudicia decidendo & consulendo recepti. At quis temporis immemorialis vsum obtinere vim privilegij, & vicem legis, aparet ex l. 1. §. vlt. & l. 2. in princ. ff. de aqua, & aqua plu. arcēd. l. 3. §. ductus. ff. de aqua quid. & c. i. c. i. super qui busdam. 26. §. prætera de verb. significat.

Deinde quando aliquis sciens contradicendo potest actum impedire, & non impedit, sed tacet; pro consentiente habetur. l. sæpe constitutum. 63. §. scientibus. ff. de re iudicat. Sed Imperator probe scit, quod liber feudorum in Scholis traditur, & in iudicijs allegatur. Eius enim, quod sit publice, nemo ignorantiam causari, siue allegare potest. l. sed si pupillus 11. §. pro scribere 3. ff. de institor act. Ergo non improbando, approbasse Imperator videtur. Ad hæc Imperatores, quorum est, leges generales concedere, multis in locis, hic addendo, illic detrahendo, hic rursus ratificando, decisiones feudales haud obscure confirmarunt, vt arguit tit. 13. feudor. de alienat. feud. libro 1. item tit. 34. 40. 44. 52. cum similibus, libro 2. feud. ipsique etiam Pontifices Romani multis in Decretalibus consuetudines feudales sequuntur, vt in cap. ceterum 5. & cap. nonit. 13. de iudicijs, cap. grauem 53. circa finem. de sentent. excommunic. & cap. ex utranque 6. de foro compet. Præterea certissimum est; consuetudinem vim habere, & auctoritatem legis l. de quibus 32. cum l. seq. ff. de legib. §. sine scripto. Instit. de iur. natur. gent. & ciu. At vero decisiones feudales, licet in scripturam redactæ sint: tamen consuetudines manserunt, vt patet ex ijs, quæ allata sunt supra ad quaest. 2. numer. 3. Et quamvis regeatur à nonnullis, istas consuetudines in Imperio Romano pro iure non obseruari; eo quod non à populo Romano

no, sed à Longobardis, & Mediolanensibus sint introductæ; adeoque non generales existimetur, sed locales; attamen cum hodie ab Imperatore approbatæ sint, & confirmatæ: nihil plane impedit, quo minus, & Romanos consuetudinibus illis teneri statuatur. Denique ita, præter Clarum hic nostrum, & ab eo citatos, concludunt Ioan. Borcolt. in commentar. in consuet. feudor. c. 2. num. 30. Duaren. libro 1. de feud. cap. 1. nu. 5. Vult. lib. de feud. c. 1. nu. 5. Sont becc. de feud. par. 1. num. 22. Schneid. vvin. de feud. par. 3. quaest. 1. numer. 6. Schrader. in tract. feud. par. 1. quaest. 1. nu. 6. Rudinger. variar. lecton. iuris feud. lib. 1. c. 2. num. 2. Heigius par. 1. q. 1. nu. 9. cū seq. Guerrin. P. i. de feud. cap. 1. Dn. Bocer. class. 5. disp. 12. th. 8. edi. 2. Linck. de feud. par. 1. nu. 1. Fachinus libro 7. controuer. iur. c. 2. Haneton. de feud. cap. 1. Rosenthal. in tract. feud. cap. 1. conclus. 9. nu. 1. & Paulus Berens disput. feud. 1. th. 8. Harprea.

Molin. in consuet. Paris. feud. in princ. nu. 46. quod hec est fere omnium hac in re scribentium opinio. Ex quo enim iste liber fuit pro authenticis obseruatus, & allegatus per tantum temporis spacium, cuius in iij memoria non extat in contrarium, non videtur dubitandum, quin possit ad decisionem causarum allegari, cum vsus tanti temporis, secundum communes regulas, vim habeat privilegij.

Et hec quidem comelisso de plano procedit in materia feudali. Sed quæro an possit etiã allegari ad decisionem causarum extra materiam feudalem? Resp. quod non. Ita dicit singulariter Bart. in l. vt iur. iurandi. §. si liberi. post nu. 5. ff. de oper. libert. & est communis opinio. vt dicit Curt. iun. conf. 64. num. 15. & in tract. feud. in 1. par. princ. q. 3.

Dicit etiam Molin. in consuet. Paris. §. 1. glo. 2. nu. 27. quod hec est verior, & receptior opinio. Ius enim consuetudinariū non debet trahi in consequentiam. Bene verū est, quod vbi non reperitur contrariam a iure communi decisionem, argui posset, puta, de feudo ad emphyteusim, secundum spec. de feud. §. quoniam. vers. 40. Et ita esse commu. opi attestatur Soc. conf. 167. nu. 24. lib. 2. & quod in dubio valet argumentum de feudo ad emphyteusim, dicit communiter teneri Soc. iun. conf. 72. nu. 57. lib. 1. Sed hoc argumentum non semper procedit, vt inferius suis in locis demonstrabimus.

Et dicit Albert. de Rosat. in Repetor. iuris canon. in verbo Feudum, colum. 4. quod ita communiter Doct. tenent, & quod ita seruatur in practica. Et dicit Aluarot. in prelude. feud. col. 3. vers. Qæro tertio quod ita se habet communis opinio in omnibus studijs, tam vltra montes, quam citra montes, & omnes Doct. ita sentiunt, & tenent, & nos tenere debemus. Dicit etiam Præpos. in prelude. feud. nu. 9. in §. quod ita se habet communis opinio in omnibus studijs, tam vltra montes, quam citra montes, et omnes Doct. ita sentiunt, & dicit

cnm iure ciuili: tunc illustrationis, & maioris confirmationis gratia possit ius feudale, etiam in causis ciuilibus, allegari. Idemque etiam obtineat, cum ius feudale aliquod præter ius ciuile disponat, hoc est, de eo disponat, de quo in iure ciuili nihil dispositum habetur. Etenim sicut controuerisæ feudales, deficiente iure feudali, ex iure ciuili sunt decidende: ita quoque quaestiones ciuiles, deficiente iure ciuili, ex iure feudali decidi debent d. cap. 1. lib. 2. feudor. dummodo vtroque hoc casu ius feudale in ratione naturali sit fundatum. Ita, post veteres, ex recentioribus tradunt Viteus libro 1. de feud. cap. 1. numer. 9. Borcholt. dict. Commentar. de feud. cap. 2. num. 31. cum sequenti. Linck. dict. parte 1. numer. 2. Intrigliol. de feud. quaest. 1. r. Rosenthal. dict. tract. de feud. cap. 1. conclus. 10. Adde videndum Valascum in tract. de iure emphyt. quaest. 39. num. 19. Harprea.

**c** Nunquid liber feudorum ligat etiam Ecclesias, & ecclesiasticas personas. Quod consuetudines feudorum æque ligent personas ecclesiasticas, ac seculares, his probatur ratione. I. Quia hic effectus legum est, ut omnes omnino, qui acceperunt leges, legibus obligentur. Non solum autem laici, sed etiam clerici ius feudale approbantur, & que iurisdictioni domini secularis subiecerunt, dum feuda ab ipso domino temporaliter acceperint, per textum in dict. cap. ceterum 5. de iudic. & dict. cap. ex transmissa. 6. de foro competet. ex quibus patet, clericum ratione feudi, quod recognoscit a laico, sub iurisdictione ipsius domini laici esse. II. Quia consuetudo laicorum rationabilis attingit etiam Ecclesias, secundum Panormit. in cap. cum causa 8. numero 3. extr. de sentent. & re iudicat. Atqui consuetudines feudorum esse rationabiles, extra controuersiam est. III. Quia exploratum est, quod consuetudines, vel leges Imperiales, quatenus canonibus non contradicunt, nec ecclesiasticam libertatem infringunt, ad clericos. & Ecclesias vigorem suum extendunt. cap. 1. & ibi Panormit. de noui. oper. 16 nunciat. can. lege Imperatorum. 1. Dist. 10. IV. Quia natura causæ trahit ad se personam, non persona naturam causæ, iuxta Bald. in cap. 1. numer. 4. de controuers. feud. ap. pares ter-

**c** Sed nunquid liber feudorum ligat etiam ecclesias, & ecclesiasticas personas? Resp. quod sic. Ita tenet Aluarot. in c. 1. col. 8. vers. Sed utrum. de his qui feud. dare possunt. & est communis opi. ut ait Curt. iun. de feud. in 1. parte princ.

minand. quem referend. sequitur Andreas Gail. libro 1. obseruat. 37. num. 3. Siquidem quando duæ causæ concurrunt, naturalis vna, accidentaliter altera, preualet naturalis, si non alteretur ab accidentali, argum. leg. qui habet 13. in principio, ff. de tutel. l. ique Bartol. Nec est inconueniens, quod natura causæ trahat ad se personam: quia debet attendi id, quod principaliter agitur, argum. leg. si quis nec causam 4. ff. de rebus credit. si cert. pet. & leg. si is, qui duos 29. ff. de liberat. leg. V. 18 Quia decisiones feudales non dicuntur ciuiles leges, nec introductæ a Principe seculari: sed dicuntur consuetudines vniuersales, tacito consensu vniuersi populi; sicque consensum tam clericorum, quam laicorum receptæ: ac propterea etiam clericos obligant. Et ita, post Clarum nostrum, & alios, sentiunt Sonsbecc. in Comment. ad vsus feud. part. 1. numer. 16. Mozz. de his, qui feud. dar. poss. numer. 30. Gribald. in thesaur. commun. opin. litter. F. in verbo, consuetudines. Schrader. d. tract. feud. par. 1. quæst. 2. Vltreus de feud. d. lib. 1. cap. 1. numer. 8. Rudinger. d. lib. 1. variar. lectio. iur. feud. cap. 78. numer. 7. & seqq. Intrigliol. de feud. quæst. 4. Guerrin. Pifo Soac. in prælud. feud. cap. 3. Gædd. in disput. feud. 1. thes. 8. & Berens d. disput. feud. 1. thes. 9. Harprec.

QVAESTIO IV.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Feudum quid sit;

ADDITIONES.

**a** Feudum. Adde, quod feudum proprie dicitur, in quo quis habet præstare seruitium personale. Sed quando præstatur seruitium reale, non dicitur proprie feudum, secundum Afflic. decil. 129. 3. sub. nu. 2. Et vt dicitur feudum, sex requiruntur de quibus p. lo. Gaul. inter conf. feud. conf. 2. n. 31. Giach. Quid sit feudum. Definitiones feudi variæ afferri solent ab Interpretibus: quarum nouè nouissime refert D. H. in tract. feud. c. 5. Sed prioribus octo refutatis, vltimâ (quæ est Hermâni Vlti) li. de feudis. c. 2. n. 9. et lo. Niellij in disput. 1. feud. th. 6) sibi omnium perfectissimâ videri asserit. Ita autem se habet. Feudum est vsusfructus quid in rei immobilis, seu æquipolentis, sub conditione fidei, & seruitiorum constitutus. Hæc definitio constat genere proximo, & proprio differentiâque; specificâque: quæ duæ partes sunt cuiusque bonæ, ac perfectæ definitionis essentialis. Etenim generis loco ponitur vsusfructus, ex c. 1. in quib. caus. feud. amit. tit. 23. in fi. lib. 2. F. vbi aperte dicitur, vsusfructum rei datæ transire in accipientem. Deinde cui definitio competit, eidem quoque competit definitum, vt testatur axioma Philosophorum. Atqui feudum

QVAEST. IV.

**Q**uæro, quod sit feudum? Resp. secundum aliquos quod feudum est beneficium ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, & vsufructu translato in suscipientem, eiusque hæredes sine masculos, siue feminas, si de ijs, scilicet feminis, actum suis ad hoc vt ille suscipiens, & sui hæredes seruiant, siue seruitiū sit certum, siue incertum. Hæc definitio colligitur ex text. in c. 1. §. beneficium. in quib. caus. feud. amit. tit. & dicit Afflic. in prælud. feud. num. 69. quod

hanc definitionem sequuntur communiter Doct. Aliam etiâ definit. tradit Raynal. in repet. c. Imperialem, da hrohib. feud. alien. per Frider. scilicet, quod feudum est beneuola, libera, et perpetua concessio rei immobilis, vel equi polentis, cui translatione utilis dominij, proprietate retenta, sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum, & dicit Mol. in consuetudine Paris. tit. 1. in princ. nu. 52. quod hæc definitio est verior, & receptior. Iudicio meo neutra harum definitionum transit sine difficultate, sed secunda magis placet.

**b** Sine difficultate. Adde, quod feudum proprie est donatio, & gratia, commune per Socin. in conf. 66. col. 6. vol. 3. & dixi in collect. mea commun. opi. in verbo feudum, nu. 1. magis namque participat de lucro, & beneficio, quam de onere, ideo gratia appellatur. Ita per Bald. & Iacob. de Beluis. in prælud. feud. & tradit Anguis. conf. 23. & 26. Giach.

QVAESTIO V.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Feudum vnde dicitur.

Ex Additionibus.

- 1 Feudum vnde dicitur.
- 2 Feudum sine fide esse nequit.
- 3 Vasalli dicuntur fideles.

ADDI.

ADDITIONES.

**V**nde dicitur feudum. Feudum conuenienter a fide dictum est, vt arguit text. in tit. 3. §. vlt. lib. 2. feudor. Quia forma & essentia feudi consistit in fide, seu fidelitate: adeoque in omni feudo fides necessario requiritur: & consequenter pacto remitti nequit: cum pacto rei substantia mutari non possit, argum. l. cum precario 12. ff. de precario. Duaren. in tract. de feud. c. 2. n. 3. Nam licet feudum quod possit esse sine fidelitate, hoc est, sine fidelitatis iuramento: non tamen potest esse sine fide: cum a fide nomen, & essentiam suam habeat. d. tit. vlt. lib. 2. F. Atque isthæc etymologia eo magis probanda est: quod etiam Logobardis, primis feudorum auctoribus, fide dicitur fides. Ab hoc enim verbo, fide, commode feudum, tam

QVAEST. V.

**Q**uæro, vnde dicitur Feudum? Respon. quod feudum dictum est a fide, seu fidelitate. Ita probat text. in cap. 1. §. fin. in fine, per quos fiat inuēsit. Et hæc est commu-

tum vna, vel altera littera adiecta, deriuari potest. Vnde vasalli, qui feuda habent, fideles appellantur. tit. 1. §. 2. lib. 1. feudor. quia domino suo fide promissam seruare, & erga eum in dicto, & facto, hoc est, in sermone, & opere, fideles esse debent, vt notat Mozz. in tract. feud. c. 1. nu. 4. Hæcque teste Claro hic, communis Feudistarum sententia est: de qua videatur Iacobus de Ardizone, in Summa feudorum, cap. 4. Bald. in prælud. feud. nu. 7. Aluarot. in proem. lect. sua, nu. 9. Iam in prælud. feudor. numero 28. Connan. libro 2. commentar. iur. ciuil. cap. 9. num. 6. Schrader. in tract. feud. parte 2. cap. 1. nume. 4. Vultejus lib. 1. de feud. cap. 2. nu. 1. & seq. Borcholt. in commentar. de feud. cap. 1. num. 1. Cuiac. in princ. commet. de feud. Rosenthal. in feudal. cap. 1. concl. 6. num. 3. alijque per eum relati. Harprec.

Ex Additionibus.

- 1 Non feudum sit contractus.
- 2 Contractus magis in facto, quam iure consistit.
- 3 Consideratio tit. 87. lib. 2. feudor.
- 4 Verbum contractus aliquando generalissime accipitur.
- 5 Extraordinaria iuris feudalis capitula quatenus aliquam utilitatem, vel auctoritatem obtineant.

QVAESTIO VI.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Feudum sit contractus, nominatus.

ADDITIONES.

**N**unquid feudum sit contractus. Feudum esse contractum nominatum, præter Clarum nostrum, & ab eo citenthal. in tract. iuris feud. d. lib. 1. cap. 2. numer. 2. & Rosenthal. in tract. iuris feud. d. lib. 1. cap. 1. conclus. 7. nu. 1. & alij. Verum hæc opinio displicet Cuiacio in Comment. feud. pagin. 12. Dn. Collegæ Bocero in tractat. de qualitat. & different. feud. capitulo primo, numero 6. Fachineo libro 1. controuers. iur. cap. 1. vers. ad alteram quæstionem, & c. hocque referent H. in tractat. feud. cap. 5. pagina 45. & seqq.

QVAEST. VI.

**Q**uæro nunquid feudum sit contractus nominatus? Respon. quod sic. Ita tenet Bert. in iuris gentium, §. quimod, post num. 19. ff. de pactis, & est communis sententia, vt attestatur Curt. iun. de feud. in prima parte princ. in 9. q. Habet. n. singula re nomen, & formâ a ceteris contractibus differentem. Quæro etiam, an feudum sit contractus bonæ fidei? Resp.

tractus numerandum esse, quatenus obligationes reciprocas domini, & vasalli continet. Deinde respondetur: allegatum titul. 97. esse è numero extraordinariorum capitulorum, quæ teste Iacobo de Ardizone in summa feudorum, capit. 148. non extiterunt in priori compilatione, sed ex Ardizone nobis restituit Cuiac. libro 4. feud. capit. 23. Quorum capitulorum, licet sit aliqua utilitas in explicandis iure feudali, & quatenus cum capitulis ordinarijs consentiunt: tamen vbi ius feudale, vel contrarium est, vel etiam omnino deficit, non habent Capitula ista vllâ auctoritatem. Harpr. Quod sit. Item quod feudum sit contractus nominatus, & quod non habeat locum in eo penitentia, nec reuocatio: vide per Roland. in consilio tertio, numero 332. in principio & consilio 33. nume. 601.

Tum quod in toto iure feudali nullibi, vel minimo verbulo significetur, feudum esse contractum. Atqui verisimile non est, si feudum esset contractus, tãto silentio Feudista hoc esse præterituros. Tum quod l. c. in titul. 23. libro secundo, F. definitur feudum non ponat loco generis contractum, sed vsusfructum. Ast hunc a contractu diuersum esse, nemo est omnium, qui non intelligat. Tum denique quod feudum ius sit, ac in mero iure consistat, dicto titulo 23. libro 2. feudor. Contractum autem esse factum magis, quam iuris, constat ex l. conf. 7. §. vlt. ff. de curatoribus furioso, & alijs, & c. Non obstat text. in titul. 87. libro 2. feudor. vbi dum Feudista de beneficio, seu feudo loquens subiicit hæc verba, vt in ceteris contractibus: satis innuere videtur, etiam feudum esse contractum: cum vocula (Ceteris) implicata sit. Nam vt verbum contractus aliquando generalissime sumitur pro quavis obligatione, & quocunque negotio, l. omnem. 20. ff. de iudicijs. Itaque si contractus verbum ita accipiat, non ineptè affirmatur, feudum inter con-

& 4. ad quæst. 2. Giach. Singulare nomen. Ita vt si feudum sub alio nomine contractus nuncupatum esse, non per hoc defineret esse feudum: quoniam de iure haud debet res regulari secundum naturam contractus, sed ipse contractus debet regulari secundum naturam rei deductæ in ipso contractu. l. stipulatio ista. §. si quis ita, ff. de verborum obligation. & vide per Marin. Anguis. qui fustus hoc probat d. conf. 23. num. 9. cum multis seq. & in consilio 46. sub num. 35. Giach. Resp. quod non. Et propterea quicquid est in eo omnisum, censetur non comprehendit, nec aliquid in eo venit extrinsecus, lege si ita stipulatus. §. Chrysofonus, & l. quicquid astringenda. ff. de verborum obligation. vide Gulielm. Benedic. in repet. cap. Raynuitius, in verb. & vxorem decil. 3. de testament. Coucan.

Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.